

Turgidus alpinus iugulat dū mēnona dūq;
 Defingit theni luteū caput: hæc ego ludo:
 Quæ neq; in æde sonēt certātia iudice tarpa:
 Nec īdeāt iterum atq; iteꝝ spectāda theatris:
 Arguta meretrice potens dauoq; chremeta
 Eludente senem comis garrire libellos
 Vnus uiuoꝝ fundani: pollio regum
 Facta canit pede ter percusso: forte epos . acer
 Ut nemo uarius ducit: molle atq; facetum
 Virgilio annuerant gaudentes rure camenæ
 Hoc erat experto frustra uarrone athacino
 Atq; quibusdā aliis melius qđ scribere possē
 Inuētore mīor: neq; ego illi detrahere ausim
 Herētem capiti multa cum laude coronam .
 At dixi fluere hunc lutulentum: sāpe ferentē
 Plura quidem tollenda relinquendis. age q̄so
 Tu nihil ī magno doctus deprahēdis höero:
 Nil comis tragicī mutat lucilius accī?
 Non ridet uersus enni grauitate minores?
 Cū de se loquitur: nō ut maiore reprehensis?
 Quid uetat & nosmet lucili scripta legentes
 Querere: num illius: nū rer̄ dura negarit
 Versiculos natura magis factos: & euntis
 Mollius: at si quis pedibus qđ claudere senis
 Hoc tantū cōtentus amet scripsisse ducentos
 Ante cibū uersus. totidem cōnatus: æthrusci
 Quale fuit cassī rapido feruentius amni
 Ingenium: capsis quē: fama est eē libris q;
 Ambustum p̄priis: fuerit lucilius inquā
 Comis & urbanus: fuerit limatior idem
 Quām rūdis: & grācis itacti carminis auctor
 Quiq; poetarum senioꝝ turba: sed ille
 Si foret hoc nostrum fato dilapsus ī æuum
 Detereret sibi multa recidret omne: qđ ultra
 Perfectum traheretur: & in uersu faciēdo
 Sāpe caput scaberet: uiuos & roderet unguis
 Sāpe stilum uertas: iterumq; digna legi sint
 Scripturus: neq; te ut miretur turba labores
 Contentus paucis lectoribus: an tua demens

Turgidns: Qui turgido utitur stilo
 & inflato. Iugulat mēnona: Quia nō
 recte scribit de memnone auroræ filio.
 Hæc ego ludo: quasi dicat ego ludo
 non comedias: quæ prias approbatæ a
 tarpa iudice in theatro agantur ut tu o
 Fundani optime poeta. Luteum: nā
 cum male describat rhenū fluuiū limpi
 diffissimum uidetur illum reddere cenulē
 tum. Garrire libellos: Describere fa
 cete libellos: in quibus serui & meretri
 ces garriunt. Laudat igitur fundanium
 comicū optimum. Laudat & asiniū pol
 lionem: de quo Virgilius. Pollio & ipse
 facit noua carmina. Pede ter percus
 so: idest iambico metro: ubi sunt tres p
 cussions: ut est. Ibis liburnis inter alta
 nauium. Laudat & uarium: de quo etiā
 Virgilius. Sed neq; adhuc uario uideor
 neq; dicere cinna digna. Camenæ:
 optime dixit camenas gaudentes rure.
 nam camenas rustici: ut placet Macro
 bio: musas appellant. Ergo Fundanius
 comedias: Pollio heroica. Varius epos
 Virgilius buccolicum optime scribit.
 Mihi autem datum est scribere satyras
 melius Varone athacino experto hoc
 frustra: atq; quibusdam aliis. Minor
 inuentore: Inferior lucilio ipsius satyre
 inuentore: cui non detraho coronā: q
 uis dixerim q̄ lutulente fluat. Nam nul
 lus ē tam doctus scriptor: i quo nō sit a
 liquid desiderandū: quod pbat exēplo
 homeri. Nihil comis. q.d. Si lucilius
 mutat & emendat uersus Accii & En
 ni cur nō mihi ēt det ut eū rep̄hēdā: nā
 si ego me minorem illo fateor: & ille se
 illis minorē dicebat & tamen carpebat.

Num illius. i. an natura p̄pria illius
 an natura rer̄ negarit. Auctor. f. ho
 merus. Carminis rūdis: quia ipse hex
 ametum inuenit. Ergo a natura fuerat
 rūde. Detereret: Minueret. Scabe
 ret: idest scalperet. Vnde ē scabies. Et
 roderet ūgues: idest adhiberet intimam
 quandā cogitationem. nam dum alti
 us aliquid cogitamus solemus aut sca
 bere caput aut mordere unguis aut plu
 teum cädere. Inde Persius. Nec pluteū
 cædit: nec demorsos sapit ūgues. Ver
 tas: mutabis cū q̄ scripseris nō placeat.

vnde probarer

que alio negotio